

1113

P A T R I S T I C I

1114

2. p. 212. magisque insuper e fine, ubi Noster post verba ultima: *et in unica diuinitatis substantia in secula seculorum amen;* 12. adtextit lineas, quae potius ad Tractatum quempiam in *Cantica Canticorum* pertinere videntur. Manus Sec. XIV.

LIV. fol. 149. *Beatus Bernardus de triplici custodia Manus lingue et Cordis.* Initium: *Omnes causamur nobis deesse gratiam &c.* In edit. *Maur. Paris. 1690.* est inter *Sermones de diversis* numero XVII. T. III. col. 1118. Nitidum Sec. XIII. Exemplum. Quae sequuntur, Sec. XV. exarata sunt.

LV. fol. 156. *Collatio communis ad omnes de X. preceptis et X. plagis egypti.* In illud: *Confitemini domino in cythara, in psalterio decem cordarum psallite illi.* Pf. 32. v. 2. Initium: *Nos congregati ut deo seruiamus in duobus modis eum laudare debemus &c.* Finis: *glorie eterne poterimus feliciter peruenire.*

LVI. fol. 158. *De omnibus sanctis.* Sermo in illud: *Gaudent in celis anime sanctorum qui christi uestigia sunt sequuti.* Eccl. Initium: *Fure gaudent in gloria celorum cum christo qui principes exiterunt passionis ejusdem in exilio &c.* Finis: *et sic ad idem brauium cum sanctis perueniemus.* Horum bonae frugi *Sermonum* Autorem ignoro.

LVII. fol. 160. *Excerptum de quinquagenis Augustini.* Sive de Commentariis in Psalmos. Pro-

lixum, usque ad *Codicis* terminum pertingens.

CCXCIV.

VII F. 2

Codex membraneus lat. Sec. 423 XIV. Folior. 80. 4. perquam nitide exaratus continet CCIII. ex *Epistolis Ivonis*, qui sedem *Carnotensem* ab an. 1090. vel, ut certius, 1092. ad an. 1115. tenuit, atque in earum numero duas, quae in Edit. *Paris. 1647.* f. non comparent. Dabo earum Elenchum addito singulis numero, quo in nunc dicta Editione sese consequuntur.

1. Ad Richerum Senon. Archiep. 8.
2. Ad Urbanum II. P. Rom. 12.
3. Ad Gualterum s. Walterium Ep. Meld. 16.
4. Ad Richerum Senon. Archiep. 35.
5. Ad Hugonem Lugdun. Archiep. 24.
6. Ad Urbanum II. 25.
7. Ad Hugonem Lugd. Archiep. 59.
8. Ad Eundem. 60.
9. Ad Bernardum maj. Monast. Abb. 4.
10. Ad Adelam nobil. Comitissam. 5.
11. Ad Virgines Monast. Durenf. 10.
12. Ad Eudonem Normanniae Dapifer. 27.
13. Ad Petrum Pictav. Ep. 36.
14. Ad Rotbertum. 37.
- 15.

A a a 3

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 533

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I. Wien 1793.

1115

CODICES

1116

- | | |
|--|---|
| 15. Ad Goffridum Abb. Vindocin. 41. | 43. Philippo Regi Franc. 22. |
| 16. Ad Wiferium <i>f.</i> Wulferium Abb. Foffat. 26. | 44. Wilelmo Abb. Fiskanenfi. 80. |
| 17. Ad Rogerium. 29. | 45. Goffrido Abb. Vindocin. 82. |
| 18. Ad Collegium Can. S. Quintini Beluac. 32. | 46. Episcopis Dioec. Remenf. 83. |
| 19. Ad Manegaldum. 40. | 47. Paschali P. Rom. 105. |
| 20. Ad Dioecesanos suos. 44. | 48. Manaffi Remor. Archiep. 85. |
| 21. Ad Stephanum Com. Palat. 49. | 49. Johanni Aurelian. Ep. 162. |
| 22. Ad Congregationem S. Steph. Senon. 58. | 50. Gualterio Beluac. Eccl. Bibliothecario. 123. |
| 23. Ad Leudonem. 63. | 51. Daimberto Senon. Archiep. 134. |
| 24. Ad Hugonem Lugd. Archiep. 66. | 52. Hildeberto Cenoman. Ep. 148. |
| 25. Ad Clericos et Laic. Car. not. 20. | 53. Guillelmo Abb. Fiskan. 19. |
| 26. Bello <i>f.</i> Hoello Cenoman. Ep. 21. | 54. Gaufrido, <i>in Edit.</i> Fulconi Beluac. Ep. 30. |
| 27. Urbano II. P. Rom. 43. | 55. Urbano P. Rom. 3. |
| 28. Gerardo. 6. | 56. Rocelino. 7. |
| 29. Guidoni Regis Dapifero. 47. | 57. Philippo Regi Francor. 9. |
| 30. Hugoni Lugd. Archiep. 68. | 58. Rainaldo Rem. Archiep. 13. |
| 31. Guillelmo Anglor. Regi. 71. | 59. Archiepiscopis et Epp. ad regales Nuptias invitatis. 14. |
| 32. Bernardo maj. Monast. Abb. 73. | 60. Philippo Regi Francor. 15. |
| 33. Gualoni Presb. 99. | 61. Gualoni, <i>quod nomen in Edit. deest</i> , et Fratrib. 17. |
| 34. Vulgrino Parif. Archidiac. 122. | 62. Roberto. 34. |
| 35. Daimberto Senon. Archiep. 125. | 63. Paschali P. Rom. 95. |
| 36. Odoni Aurelian. Archid. 155. | 64. Haimerico. 287. |
| 37. Odalrico <i>f.</i> Olrico. 156. | 65. Stephano Com. Palat. 86. |
| 38. Radulfo Remenfi Praep. 161. | 66. Goffrido Abb. Vindocin. 163. |
| 39. Hildeberto Cenoman. Ep. 74. | 67. Hugoni Sueffion. Ep. 42. |
| 40. Samfoni Vigorn. Ep. 165. | 68. Lamberto Atrebat. Archiep. 33. |
| 41. Daimberto Senon. Archiep. 170. | 69. Gualcelino Vintonienf. Ep. 38. |
| 42. Hugoni Beluac. Decano. 77. | 70. Urbano P. Rom. 46. |

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 533

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I. Wien 1793.

1117

P A T R I S T I C I

1118

71. Eidem. 48.
 72. Richerio Senon. Archiep. 50.
 73. S. (*in Edit.* Sanctioni) Fratri et Compresbitero. 51.
 74. S. (Sanctioni) Aurelian. Ep. 53.
 75. Hugoni Lugdun. Archiep. 54.
 76. Eidem. 55.
 77. Philippo Regi Francor. 56.
 78. Goffrido Abb. Vindocin. 57.
 79. Sanctioni confratri et coep. 62.
 80. Hugoni Lugdun. Archiep. 61.
 81. Urbano P. Rom. 65.
 82. Eidem. 67.
 83. Johanni Aurelian. electo. 64.
 84. Gualterio Stirpenfi Praep. 69.
 85. Gualterio Meldens. Ep. 70.
 86. G. Abb. S. Gandrefili. 72.
 87. Paschali P. Rom. 89.
 88. Daimberto Senon. Archiep. 90.
 89. Adelae nob. Comitissae. 91.
 90. Daimberto Jerof. Patriarchae. 93.
 91. Petro pufilli gregis Doctori. 96.
 92. Adelae Comitissae. 91.
 93. Johanni Aurelian. Ep. 100.
 94. Paschali P. Rom. 104.
 95. Matildi Reginae Anglor. 107.
 96. Daimberto Senon. Archiep. 111.
 97. Fulconi Decano Parifien. 112.
 98. Johanni Aurelian. Ep. 114.
 99. Daimberto Senon. Archiep. 115.
 100. Henrico Regi Anglor. 118.
 101. Adelae Comitissae. 116.
 102. Daimberto, *ut supra.* 119.
 103. Rotberto Pontivenfi Comiti. 120.
 104. Adelae, *ut supra.* 121.
 105. Daimberto, *ut supra.* 126.
 106. Lugdouico Francor. Regi designato. 127.
 107. Odoni fratri et compresb. 128.
 108. Gaufrido Com. Vindocin. 129.
 109. Matildi Blefenfi Vicecom. 130.
 110. Vulgrino Archid. Parif. 131.
 111. Daimberto, *ut supra.* 132.
 112. Paschali P. Rom. 135.
 113. Adelae Palatinae Com. 136.
 114. Vulgrino et Stephano Archidiaconis. 138.
 115. Daimberto, *ut supra.* 139.
 116. Richardo Albanen. Ep. 141.
 117. Matildi Reginae Anglor. 142.
 118. Rotberto Mellentino Com. 143.
 119. Paschali P. Rom. 144.
 120. Manassi Remor. Archiep. 145.
 121. Daimberto, *ut supra.* 146.
 122. Paschali, *ut supra.* 147.
 123. Gaufrido Beluac. Ep. 151.
 124. Guillelmo Rotomag. Ep. 153.
 125. Matildi Reg. Anglor. 174.
 126. Paschali P. Rom. 175.
 127. Eidem. 176.
 128. Gaufrido Beluac. Ep. 177.
 129.

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 533

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I. Wien 1793.

1119

CODICES

1120

129. Clero Dolensis Eccl. 178.
 130. Adelaë Comitissæ. 179.
 131. Leodegario Bituric. Archiep. 180.
 132. Daimberto, *ut supra*. 182.
 133. Guillelmo Archidiacon. Paris. 183.
 134. Guillelmo Rotom. Archiep. 185.
 135. Laurentio Monast. Caritatis Monacho. 186.
 136. Adelaë Comitissæ. 187.
 137. Sine Inscriptione. 189.
 138. Radulfo Rem. Archiep. 188.
 139. Paschali P. Rom. 190.
 140. Clericis Heduenfibus. 222.
 141. Paschali P. Rom. 108.
 142. Omnibus Ecclesiæ Filiis. 172.
 143. Daimberto, *ut supra*. 171.
 144. Hildeberto Cenoman. Ep. 220.
 145. Johanni Aurelian. Ep. 221.
 146. G. *in Edit.* Gonherio, Presb. 228.
 147. Lefiardo Sueffion. Ep. 229.
 148. Hildeberto Cenoman. Ep. *Addunt Edita et:* F. Cenoman. Ecclesiæ Praecentori. 232.
 149. Henrico Angeliac. Abb. 233.
 150. Guillelmo maj. Monast. Abb. 234.
 151. Guidoni Molismensi Abb. 224.
 152. Brunoni primæ Sedis Belgicorum Ep. 214.
 153. Pontio Cluniac. Abb. 231.
 154. Episcopis, Waloni Beluac. &c. 268.
 155. Rainaldo. 256.
 156. Ludovico Regi Francor. 239.
 157. Rotberto Lincoln. Ep. 278.
 158. Thomæ Eborac. Archiep. 215.
 159. Johanni Aurelian. Ep. 213.
 160. Radulfo S. Fusciani Abb. 255.
 161. Paschali P. Rom. 274.
 162. Hugoni Cluniac. Abb. 191.
 163. Gaufrido Beluac. Ep. 193.
 164. Gaufrido Vindocin. Abb. 195.
 165. Hugoni Aurelian. Decano, &c. 194.
 166. Ludovico Francor. Regi. 196.
 167. Guillelmo maj. Monast. Abb. 197.
 168. Daimberto Senon. Archiep. 200.
 169. Ludovico Francor. Regi. 202.
 170. Lefiardo Sueffion. Ep. 203.
 171. Paschali P. Rom. 204.
 172. Guillelmo Militi. 205.
 173. Hildeberto Cenoman. Ep. 206.
 174. Samsoni Vigorn. Ep. 207.
 175. Gaufrido Beluac. Ep. 212.
 176. Stephano Heduenfium Episcopo. Latuit hæc Epistola Ivo-
nis Curatores Juretum, Souche-
tum et Frontonem, ideoque non
pigebit eam integram hic tran-
scribere. Stephano dei gratia hed-
uenfi episcopo. Ivo eadem gratia
carnotensis ecclesiæ minister. salu-
tem et seruitium. Quidam alum-
nus et canonicus ecclesiæ uestre no-
mine

mine Bernardus aliquamdiu apud nos causa studij moratus est. quem nobis commendavit honestas morum et amor liberalium studiorum. Qui nunc ad paternam obedientiam reuertitur ad patriam. Cuius honestatem diligentius uestre paternitati commendamus. ut ad sinum matris ecclesie reuertentem paterne colligatis. non tanquam de longinquo reuertentem. qui substantiam suam pueriliter distraxerit. sed bonum nature quantum gratia sibi contulit honestis studijs accumulavit. De quo credimus quod se commendabilem uobis reddet. ut dignum eum iudicetis ad altiorem locum sublimare. aut maioribus ecclesie stipendijs ampliare. Valet. Praesulem, ad quem datae sunt hae Commendatitiae, habeo Stephanum de Balgiaco five de Bauge, qui Sedem Aeduorum, id est, Augustodunensem jam an. 1112. tenuit, et post an. 1136. dimisit Cluniacum se recipiens, ubi spiritum Deo reddidit inter manus Petri Venerabilis, ut pluribus Gallia Christ. T. IV. col. 389. De Scholarum Carnotensium celebritate adi Hist. liter. Franciae T. IX. p. 56. Nos ad Epistolarum feriem regredimur.

177. Ricardo Albanen. Ep. 133.
 178. Paschali P. Rom. 157.
 179. Gunherio Compresb. 140.
 180. Paschali P. Rom. 150.
 181. Leodégario Bituric. Archiep. 152.
 182. O. (Odoni?) Gemeticen. Abb. 160.
 183. Paschali P. Rom. 81.

Denis Codd. mss. theol. Bibl. Palat.

184. Filiis Beluac. Ecclesiae. 98.
 185. Paschali P. Rom. 88.
 186. Beluac. Eccl. Congregationi. 137.
 187. Guillelmo Rotomag. Archiep. 149.
 188. Daimberto Senon. Archiep. Haec Epistola rursus Ivonis editoribus defuit. Itaque integra hic sequitur. Daimberto dei gratia senensium (Senonenfium) episcopo. Ivo. b. e. c. M. (humilis ecclesiae Carnotensis Minister.) salutem et seruitium. Admonuit me quidam frater ex parte uestra canonicus Beati iohannis de ualeia ut paucis scriberem dilectioni uestre de quadam muliere que nepoti uiri sui incesta et adulterina pollutione se miscuit. utrum possit ad thorum uiri sui redire. an uir eius alteram uxorem legitime ducere. Ad hoc breuiter respondeo. quod si uir uxori suae cum qua nepos eius fornicatus est ultra se miscuerit incestum perpetrabit. De incestuosis autem sic habetur in concilio hilerdensi. capitulo X°. De his qui se incesta copulatione maculant placuit ut quousque in ipso detestando et illicito carnis contubernio perseuerant usque ad missam catecuminum in ecclesia admittantur. cum quibus et nec cibum sumere. ulli christianorum sicut apostolus iussit oportet. Si uero uiuente uxore aliam duxerit. publicus adulter erit. Vnde Augustinus in libro de bono coniugali. Interueniente diuortio non abolitur confederatio ita ut sibi coniuges sint etiam separati. Cum illis autem adulterium

B b b b

com-

committitur. quibus fuerint etiam post suum repudium copulati. In hunc modum plura dici possent nisi ista sufficerent. Valet. Epistolam scriptam autumo post an. 1111. quo Ecclesia b. *Johannis* in Suburbio *Senonensi* sita consensu *Daimberti* Archiep. et votis *Stephani* Praepositi *Senon.* tradita est Canonicis Regularibus, ut habes *Gall. Christ.* T. XII. col. 195. ubi tamen Autoribus agnomen *de Valeia* ignotum fuit, e *Cod.* nostro subplendum. *Capitulum X.* ab *Ivone* citatum e *Conc. Ilerd.* nobis nunc *Canon IV.* est. Vide *Harduini Conc.* T. II. col. 1065. Nunc ad residuas Epistolas.

189. Rotberto Com. Mellentino. 154.
 190. Paschali P. Rom. 159.
 191. Gaufrido sanctae solitudinis Cultori. 164.
 192. Manassi Remor. Archiep. 102.
 193. Monachis Columbenfib. 192.
 194. Hildeberto Cenoman. Archiep. 230.
 195. Humbaldo Autifiod. Ep. 241.
 196. Hugoni Trecaffinor. Com. 245.
 197. Henrico Anglor. Regi. 106.
 198. Lefiardo Sueffion. Ep. 246.
 199. Paschali P. Rom. 250.
 200. Gautero Beluac. Eccl. Bibliothecario. 184.
 201. Cononi Preneftino Ep. 273.
 202. Bernardo (*in Edit.* Bernerio *vel* Bernero) Boneualensi Abb. 269.

203. Cononi Preneft. Ep. 266. In his porro *ms.* Epistolis pauca sunt, quae deviant ab Editis, et reprobanda jam Editores in margg. passim subnotarunt. Quae sequuntur in *Cod.* ad *Anselmum Cantuar.* pertinent, et quidem hoc ordine:

II. fol. 75. p. 2. Epistola *Paschalis* II. Pont. Rom. ad *Anselmum*, quae incipit: *Non ignoras diuine uoluntatis esse consilium &c.* et legitur in edit. *Opp. Gerberoniana Paris.* 1721. p. 383. L. III. *Epist.* ordine 44. sed repone e Nostro *Odia* pro odio, *quod agis, peragas* pro agas, *suscipiat* pro *suspiciat*.

Epistola *Anselmi* ad *Paschalem*, quae incipit: *Inprimis quantas mea potest &c.* et est L. cit. ordine 73. p. 393. In hac *Notte* legit *bonestate* pro *Majestate*, item *in ea pietate et veritate* pro *in ea veritate*, item *placet experiri* pro *excipere*. Rectius, si quid video.

Paschalis Responsum ad hanc Epistolam, quod in Edit. statim p. 394. consequitur hoc initio: *Suauissimas dilectionis tuae suscepimus litteras &c.* Hic, ubi Edit. ta habent: *veritatem in mendacium commutarunt*, *Codex* legit: *veritatem in mendacio inuocant.*

Johannis Card. Responsum ad Epistolam, ut videtur, *Anselmi*, quae in Edit. L. IV. p. 440. ordine est 48. commendatitia *Nuncii* sui *Baldewini* et *Alexandri*, quos ad *Paschalem* ablegarat, ut rursus ex Epistola L. III. 45. Edit.

Edit. p. 383. innotescit. Quis hic
Johannes Card. fuerit, difficile
 est dispicere, cum *Ciaconius* sex
 hujus nominis Cardinales non *Epi-*
scopos sub *Paschali* II. censeat.
 Ejus porro *Epistolae*, quam *Ger-*
beronius non vidit, hic tenor est:
Domno anselmo cantuariorum re-
uerentissimo archiepiscopo a deo
electo. iohannes romane ecclesie
cardinalis et sacerdotum minimus.
prosperos semper successus in do-
mino. Nos qui ad ecclesiastici cer-
taminis palestram inungimur. apo-
stoli testimonio uenerabilis pater
instruimur. ut ab omnibus sarcinis
nos debeamus absoluere. que cur-
sus nostrum et supernę uocationis
brauium ualeant prepedire. Vt
enim predictum cymbalum tinniens
dicit. nemo militans deo implicat
se negotiis secularibus. Nos qui
deo militamus uestimenta mundi
huius debemus in mundo deserere.
ut cum ihesu qui in cruce spolia-
tus est. et cum helia qui pallium
beliseo reliquit discipulo ualeamus
secreta celi penetrare. Hoc enim
significat quod femur patriarche
iacob emarcuit et uno pede post
luctam angeli semper claudicauit
ut innitamur uno pede diuini amo-
ris. et infirmemur in pede presen-
tis. Hos enim pedes dominus osten-
dit cum dicit. Nemo potest duobus
dominis seruire. deo et mammonē.
Qua propter sanctissime pater age
quod agis. operare quod operaris.
ne des locum tuum alienis. Et si
in agone pro amore christi suscep-
to grauiter uideris insudare illud
hortamentum iacobi ut leta mente
studeas apprehendere. quod dicit.

Omne gaudium existimate fratres.
cum in uarias temptationes incide-
ritis. quoniam probatio uestre fidei
patientiam operatur. Audiuimus
pater uenerabilis audiuimus uoce
forti. aure interiori per reuerendos
fratres nostros balduinum et ale-
xandrum quid tu prece iusticie pro
iusticia patiaris et quantum iusti-
cie pariter et constantie clipeo con-
tra regia iacula muniaris et gladio
bicipiti quod est uerbum dei super
femur tuum potenter accingaris.
Sed recordare queso fortis athleta
dei ut uineam soreth (sic) uineam
quam plantauit altissimus nulli uen-
das regi. nulli commodes homini.
quia hoc exemplum omnibus cultor-
ibus ecclesie sanctus naboth me-
moriale reliquit qui prius mori
quam uineam suam acbab uendere
decreuit. hoc est quod ysaias post
mortem ozie uidit dominum seden-
tem folio excelsio. quia regnante
nobis leproso rege non possumus
deum uidere in sua maiestate. Illi
enim rex leprosus regnat. qui de-
clinanti a uia regia et a fide catho-
lica totis uiribus non obuiat. Ne
timeas igitur pie pater falsos epi-
scopos quorum personam sustinet
amafias. qui ad ieroboam regem ac-
cusauit amos prophetam dicens. re-
bellauit amos contra te. quia etsi
ieroboam rex constituat sacerdotes
in excelsis. non tamen de filiis le-
ui. Igitur quia bonum certamen
certasti uide ne circa finem deficias
ne dicatur. Iste homo cepit edifi-
care sed non potuit consummare.
Lege.

Anselmi Epistola ad Mauritium
fratrem Monachum Beccensem,
 quae

1127

I C O D I C E S

1128

quae incipit: *Erga fratrem illum de quo mihi, quod res exigebat, scripsisti &c.* et legitur Edit. L. II. p. 343. ordine 8.

Terminant Codicem Excerpta ex ejus Tract. *De Concordia Praescientiae &c.* inscripta: *Sententia Anselmi Archiepiscopi de Praescientia Dei et libero Arbitrio.* Tractatus is extat Edit. cit. p. 123. atque ex eo hic potissimum *Quaest. 1. Cap. I. II. III. et Quaest. 3. XI.* delibantur. Ubi C. III. notanda lectio: *Sicut non est necesse deum uelle quod uult, ita necesse non est in multis uelle hominem, quod uult, 70 non secundi membri in Edit. non comparente. Addam praeterea locum, quem in Edit. non inveni: Diuine ueritati non est falsitas contraria quia illa semper est quod debet et nunquam est quod non debet. neque potest ulla res habere aut facere similitudinem dei, quin mentiatur se esse deum. Sicut demones transfigurant se in hoc quod non sunt. aut faciunt per magos siue magi per eos rerum similitudines quae uidentur esse res quarum sunt similitudines et non sunt. et ideo sunt false ut falsus homo et falsus ignis. Nulla enim similitudo summe ueritatis fieri potest. Nam cum demones dicunt se esse deos aut persuadent hominibus idolum esse deum. illi mentiuntur qui hoc dicunt. summam uero ueritatem simulare nequeunt. Veritatis autem quam definiuimus esse rectitudinem mente sola cognoscibilem est quedam species cuius sedes est in uoluntate quam dicimus iusti-*

*ciam quae sic diffiniri potest. Iusticia est rectitudo uoluntatis propter se seruata. Hec uero diffinitio continet omnem iusticiam. Huius contrarium est iniusticia. Cuius hec esse potest diffinitio. Iniusticia est absentia debite iusticie. Non enim est iniusticia nisi ubi debet esse iusticia et non est. Dixi iusticiam esse rectitudinem uoluntatis propter se seruata. Dicendum est igitur quae sit uoluntas. cuius rectitudo dicitur iusticia. et quid sit liberum arbitrium quo seruatur et sine quo non seruatur rectitudo uoluntatis propter se. Atque hinc in C. XI. ingreditur Excerptor. Definitiones paullo ante adlatas non semel repetit per Tractatus suos *Anselmus*; ubi uero totus ille locus inferendus ueniat, Patrologis dispiciendum relinquemus.*

CCXCV.

VII. H. 12

Codex membraneus lat. Sec. 690 XIII. Folior. 78. 4. probe scriptus *Ivonis* Seculo XI et XII. *Carnotensis* Episcopi *Epistolas* et quaedam Alia complectitur. *Epistolae* sunt numero CXX. Itaque pauciores iis, quas *Codd.* praeced. et CCLXXIV. indicauimus. Praemittuntur breuiter *Singularum Argumenta*, tum *Epistola* hujus initii: *Venerabili Abbati de sancto laurentio. N. A. humilis filius lugdunensis ecclesie salutem. Videndum est domine ne illa questio. quae apud (vos?) sic agitur. non in sententia sed in pugnis uerborum sit &c.* De quaestione conicias ex iis, quae subduntur: *Constat*